



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 75. Ludovici Regis Franciæ declaratio circa jus Regalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. pturæ loca, librum de Divinis Mythe-
 A. C. 1673. riis, & Velitationes polemicas. V. Mi-
 chael Haveman scripsit Hodosophiam
 Evangelicam contra Papalium ignem
 fatuum, Christianismi luminaria ma-
 gna, theognosiam Mosaicam, Anti-
 William & alia nonnulla. VI. Mau-
 ritius König edidit dissertationes de
 rerum principiis, veræ Religionis de-
 monstrationem, & introductionem ad
 locos communes Theologicos.

§. LXXV.

*Ludovici Regis Franciæ declaratio
circa jus Regalium.*

*Recueil des
Aff. du Cler-
gé tom. 5.
Abregé
chron. de
l'Hist. Eccl.
tom. 3.*

Die decima Februarii anno hujus se-
 culi septuagesimo tertio Ludovi-
 cus XIV. Franciæ Rex promulgato e-
 dicto declaravit, quod sibi Regalium
 jus universim in omnibus Archiepisco-
 patibus, & Regni sui Episcopatibus, ter-
 ris, & ditionibus, exceptis duntaxat
 iis, qui ab hoc jure ex titulo onerati
 exempti essent, competat. Hanc Re-
 gis declarationem Clerus Gallicanus in
 suis comitiis die tertia Februarii An-
 no 1682. ratam habuit. Hoc editum
 præcipue petebantur Provinciæ Alpe-
 bus & Pyrenæis montibus vicinæ, in
 quibus antehac prætensum Regalium
 jus nullatenus invaluerat: Attamen
 harum

harum ditionum Præsules vehementer se huic novitati opponere, in leque gravis contentio inter summum Pontificem & Regem, imo inter ipsos Franciæ Præsules exorta est, ut in progressu hujus Historiæ recenserebimus.

Sæc. XVII.
A.C. 1673.

§. LXXVI.

Guilielmi Principis Fürstenbergii raptus.

Interim belli flammæ ex Belgio sese ultra Rhenum extendere cæperant eo tempore, quo Coloniae, urgente Suecorum Rege de pace, aut saltem belli induciis agebatur; postquam enim in Ratisbonensibus comitiis Imperii Principes Ludovico XIV. Galliarum Regi tanquam alienarum ditionum in-valorum bellum jurato fœdere indixerant, hic ex Lotharingia armis depressa in Alsatiam erumpens, plures civitates Imperiales subegit, captaque Trevirensi urbe Turrenium Franciæ Marefcallum in Franconiam præmisit, ut Cæsaris copias in opem accurrentes aut funde- ret, aut saltem moraretur: Verum Montecuculus Cæsaris Archistrategus Turrenium insigni stratagemate delusit, Gallosque ad Herbipolin intercepta annona, tam arcte pressit, ut mo- tis castris non sine clade citra Rhe- num

*Wagner hist.
Leov. l. 4.
p. 330.
Mem. Hist.
Amelot t. 2.
pag. 454.
Mont Mem.
polit. t. 3.*

Tt 3

num